Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1025
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Misericors preceptor. si uoluisti istam substantiam mundi habentis non claudi necessitatem patienti. nonne multo magis meliorem substantiam habentis. maiorem necessitatem patienti. Ecce audio te de laxandis uisceribus percipere. et uideo te substantiam diligendi dominum et diligendi adeo habere. tu uides animam meam necessitatem habere. Ecce uidens et habens. et coram illo indigens. inuicem sese aspiciunt. Si ergo domine uisio tua plus est pia. quam oratio mea deuota. uisio tua sit oratio mea. non enim sic precepisti. siquis uidens fratrem orare clauserit uiscera sua. sed si uidens fratrem necessitatem habere. Age ergo domine uide necessitatem meam. immo ecce uides eam. Anima anima mea. collige totum affectum tuum. et ingere te in aspectum eius. iclama. igemina intimo affectu in conspectu eius. Loquens certe uides. uides me. Ergo uides me. Domine uides me noscendo. uide me miserendo. Uides. et scis necessitatem meam. uide ut sciam pietatem tuam. Uide. uide me. quia uides me. Olim scio. iam nunc sentio quia uides me. Scio. sentiam. O quod audit intellectus meus obici mihi. Concedo

.b. + Uides me. Alteram ibidem. et importuna repete. uides me. et uide me.